Descendi superioribus diebus ad Ratisponam visendi domini doctoris Tolhof gracia: qui me multis invitavit epistolis: conveni virum omni humanitate erudicione et doctrina liberalitate denique plusquam credi par est plenum. Sed quia iterum ad vos me ascensurum putavi: jam mutato consilio aliquot menses secum agam: hec ego te et dominum doctorem Gabrielem scire volui ut sicut ego vos semper patronos et admiratores habui rerum mearum: ita silere illud jam propter beneficia in me vestra et humanitatem non potui: ne vel ego apud vos ingratitudine aut aversione notarer aut in vos amore mutato tergiversarer: habebitis Conradum vestrum semper sincerum: quamvis ut nudius ad te scripsi omnino silere me de Gymnasio vestro non decet propter multos ignavos homines et factiosas bestias que ingenuos adolescentes et Rempublicam distrahunt: Et si me alia negocia non turbarent: darem operam ut principi Barbaro (sic) illa ego detegerem: et ulcerosa quorundam terga pungerem saniemque exprimerem. Sed me verbum ~~prudentissimi~~ eruditissimi domini Joannis Loffelholtz admonuit et dehortatur quo ille dixit et testatus est se jam deliramentis et puerilibus contentionibus ~~et~~ Katherine martiris inserere non velle vale et si quando aliquid ~~et~~ ocii nactus fueris Conradum tuum epistolis tuis suavissimis alloquere 18 decembris. ex Ratispona.

25

Dño doctori Sixto Tucher dño et tamquam fratri meo charissimo
In Ingolstadio /sic/

Universitäts-Bibliothek München

8.

Conradus Celtis Sisto Tucker~~a~~cerio

Opus habeo pro studio meo: herodoto: Suetonio Bocacio: Comentario C. Cesaris. Hos rogo ad me cum puero meo remittere velis Ceterum habes Salutacionem a Jeronymo Medico in hec verba dnum Sixtum Tucker Novellum Cosmographum comendatum habeto Est enim vir corona dignus si solum in veneris palestra forcior esset: Tu vide quid verba et sales oletarii (?) velint vale.

9.

Restat jam finis Condicioni mee estive et lectionum neglectarum quas resarciam ad festum Martini Tu quamvis in fine unius epistole tue me ad annuum stipendium spem fecisti: de te semper certus: sed sub fiducia mea in te oro quid alii super hoc senciant rescribas: ut intelligam certo quomodo rebus meis consulam ~~per~~ pro hyeme [illegible] gravis enim mihi foret pro illo celo ut scis rerum mearum mutacio Vale

Celtis Tuus.

26.

Universitäts-
München
Bibliothek

Consulis suffragia iterum nobis a puerulis vestris mendicanda: iterum qz in pudorem et emulorum nostrorum ludibrium exponere animum meum paucis accipe: Si beneficia nostra in gloriam famam et ornamentum Barbari principis et gymnasii vestri Ingolstadiensis (x) collata: mihi apud vos omnes qui bonum Reipublice vestre providere tenentur suffragari non possunt: Ego plane hoc pati possum ut stipendium nostrum vestris consiliis a duobus Medicis singulos auditores habentibus et ab homine inerudito et illepido quem vos poetam et oratorem dicitis distrahatur: neque me hoc turbare debet qui omnem invidiam facile in misericordiam quamvis seva hyems ingruat, convertere possum et jam spe mea deceptus orbem majorem vestra urbe scio: quamvis in vos mea collata fiducia alium finem postulasset: consulciusqz si ut demerui ex longa absencia actum fuisset Sed de hoc alias: Mitto ad te quosdam versiculos quos in vetulum in ocio nostro jam lusimus tu qui ab eo lesum te dicis magis me aliena injuria lacessivit quam contra me inepti hominis blateratio: quem indignatione nostra prorsus indignum judico: diis tamen immortalibus ita volentibus fortasse ut homo ignavus intelligeret apud vos aliquem fuisse qui strophas suas intelligeret modestiorqz in non ledentem futurus esset: que tu si nimis dura existimas consilio tuo supprimenda oro significa cautius enim mortui quam vivi ut scis fricantur Misissem et alia in hujus gymnasii factiosos (x) et

fantastas(?) nisi limam adhuc quamdam exposcerent priusquam in publicum exirent nullius nasum pertimescere possent: quibus ego ut ingressus gymnasium salutavi ita modo excedens valedicam sed hec ut apud amicum tacito pignore deposita velim vale ego cras ad ~~...~~ norimbergam vado. hinc ut spero reversurus.

per tuum

Conradum Celtem.

Univ. Bibl. München

11.

Vehementer me oblectant epistole tue vir doctissime quas crebro
elegant~~er~~i et bona prorsus composicione verborum et sentenciarum ad
me mittis: Invideo fortunȩ tue quia alcioribus literis te fata tua acco-
modari non sinunt: ut aliquid elucubrares quo tibi et patrie tue consul-
tum apud posteritatem gauderemus Quid enim profecto vita nostra est si
non aliquid relinquimus quo nos vixisse posteri testabuntur quod recte apud
nobilem poetam scriptum est Stat sua cuique dies sed famam extendere fac-
tis hoc virtutis opus etc. ~~Hoc~~ Nec ego ob aliam rem Imperatores doctissimos ultro
Scriptoribus suis honorem suum detulisse conjicio quam quia per illos et vivere
et mortalibus defuncti etiam prodesse arbitrati sunt: Sed de hoc alias tecum;
Scripsisti de salario nostro: paucis dicam centum Renenses pro ea temporum
~~et~~ condicione et in me negligentia vestra vel patiencia mea quam ego vobis-
cum hac sevissima hyeme sustuli donare pro lectione ordinaria et
pro futuro anno spero non recusetis, si ego vestre juventuti et gym-
nasio prodesse in tantum queo: de extraordinaria etiam
lectione ut nudius cum d. Gabriele mihi charissimo contuli-
mus: latius dum ocium vobis esse prospexero coram dicemus et
constabimus(?). Ceterum mitto ad te epistolam ad Rhomanorum Regem
quam ~~ejus~~ cras impressor opusculo nostro preponet hanc oro pro huma-
nitate et doctrina tua examinare velis: ut dum in multo-
rum manus veniet tua admonicione de addendis aut sub-

trahendis nemo de me conqueri possit vale

Universitäts-
München
Bibliothek

Conradus Celtis Sixto Tucher fuit mecum Joannes bebellus minor natu admonens me pro re nostra ad principem: Ego ut te et dominum d. Gabrielem consiliorum meorum duces elegi et semper habui: ita quidquid in ea re consulueritis feceritis qs gratissimum mihi et vobis erit: Quandoquidem pro illorum temporum condicione amicorum magis consilia quam fortunam sequi constitui: Eram apud d. d. in Frisingen duobus diebus: qui ita consternatus animo erat ob unius aviculae mortem: ut ex immutatione vultus et animi utrumqs parentem suum ab humanis sublatum putasses: scripsi igitur in consolacionem tanti meroris epigraphion:

Grata fui: varios modulans luscinia cantus
    Dulcia magniloquis vocibus ora regens
Tempus erat vernas dum Cynthius explicat horas
    Et reparat blandos sole calente dies.
Me puer in certas forte inconsultus ad auras
    Extulit: estivum tempus adesse ratus
Interea scythicis boreas ruit asper ab oris
    Et corpus gelidis imbribus omne rigat

Moxque mihi dulcem pepulit de corpore vitam
Clausit et infausto plectra canora gelu
Hortor ego hinc pueros avibus si cura canoris
Has nisi praeterita pleiade ferre foras

De Epistola mea ad Cancellarium: itemque de supplicatione Scolarium: oro quamprimum poteris me certiorem fac ~~ut~~ ne ego semper vobis meis rebus molestus sim. qui fortasse occupatissimi in vestris rebus estis. Sis felix diuque vale.

Univ. Bibl. München

Sixto Tucher mihi tanquam fratri charissimo

Descendam hodie ad Ratisponam : ab ea ad Linciam salutandorum ~~con~~ amicorum in curia Imperatoris nostri gratia Et si oportunitate vel occasione aliqua ad viennam me concedere contigerit et supra vacanciarum nostrarum prefinitum tempus me peregrinatio a vobis subtraxerit. Tu certus et plenus spei de Reditu meo sis : Ego de te et aliis amicis dubitare non debeo super continuacione stipendium vale

Conradus Celtis.

Universitäts-Bibliothek München

venit ad me Impressor quidam prognosticorum: Is ait se dare operam velle ut si quid imprimendum dare velim ipse provinciam illam obiret: Remitte ergo mihi orationem nostram: etsi ocium tantum tibi fuit, judicium tuum una epistola, quae ruborem non habet: liberiusque docere audet, ad me mitte: nihil enim preter Censuram ejus faciam quem ego ducem Consiliorum meorum esse vellem. vale

Conradus Celtis tuus.

mit meiner Bitte Sie belästigen, weil ich
machte mich also müthig selbst darüber.

Universitäts-
München
Bibliothek

15.

Mitto ad te monialem nostram mulierem doctissimam et germanam greće et latine et in utroqz genere scribendi illustrem: quam pro tempore ocii tui legas et norimbergam nostram mihi jam remittas: Ceterum de donis ut heri diximus verbum ad adolescentes facito ut ante occasum solis sciam quid efficere poterimus et vale et ptolomeum cum figuris norimberga mitte.

…uh. daß ihr diesen Arbeit nicht angenehm ist. u.

15

Universitäts-Bibliothek München

Habes supellectilem vir humanissime virtute tua dignam:
et que multum ingenuitatem tuam si illam sepe revolveris
decorare et ornare potest Hanc ego cum ocium esse utriqs
nostrum subodoratus fuero revisam eligamqs que et mihi
et vestre reipublice conducere possint Nunc autem
que ex te volo accipe Expectavi supellectilem meam
cum pauculis pecuniis ad norimbergam: que spem meam
hactenus morata est et moratur ut amicorum episto-
le scribunt. Interea te oro aliquot aureos id est octo
vel decem mutuo mihi mittas, quos necessitas mea
pro vestibus et aliis fantasiis exposcit: Erit mihi res
de te grata nec minus memoranda: Hec autem ad te
scribo et solus mihi dignus visus fueras apud quem
consilia mea et tacitam voluntatem deponere pos-
sem et vellem. vale.

Conradus Celtis.

33

15

Universitäts-
München
Bibliothek

Conradus Celtis Protucius Imperatorum Manibus Poeta laureatus Sixto Tucher utriusque Juris Doctori felicitatem ex philosophia.

Sixte Rhomanis memorande musis
Noricum clara generatus urbe
que suam totum tulerat per orbem
Inclyta famam

Nulla germano melior sub axe
publicas novit moderare curas
Barbaros Reges rabidumque docta
flectere vulgus.

Caesaris nostri fuit illa sedes
Semper: et Regi lacio petita
Ille germanum quociens vocavit coegit
Ordine Cetum.

Urbe tu tanta soboles crearis
Stirpe priscorum generose patrum
Ex quibus tanti fuerat senatus
Causa et origo.

Docta Rhomanis regis ora verbis
Et tenes priscum nitidus leporem
Turiter nullam tua culta fundunt
guttura vocem.

Te sibi magnum lacie patronum
Senserant muse: tua cum peregit
Cura: ex boium patria canuntur
Carmina phebi.

Ergo jam nostris celebrate libris
Te legent cuncti populi per orbem
Et tua in nullo reticetur evo
Candida virtus.

34

Linque civiles generose causas
que tibi nullam tribuent quietem
premium justis alius reisqz
Crimina ponat.

Est velut vento quaciente pontum
Africo: contra borea nitente
Civici juris studium fatigans
pectora rixis.

Sit satis doctum tumidas per undas
Monstra vidisse et scopulos latentes
Et suum semper vario regentem
prothea vultum.

Tu modo nostras venias Camenas
Noscere et rerum studio beandus
Disce quid picti radiosa possint
lumina mundi.

Que suis vitam variis per orbem
Temperant causis: sociantqz pulcro
vinculo corpus animumqz: et acto
Tempore solvunt.

Non secus pulcra velut hora lege
per suum certum revoluta pondus
Et rotis junctis resonatqz vivo
Malleus ictu.

Sic suis speris animus ligatus
Corpori infundit varios vigores
Cordis impulsu: retrahitqz motum
Stamine lapso.

Quid juvat tanto strepitu procaces
Insequi causas animi prementes
Sola pax mentis tibi dat, beatam
Serpere vitam.

Τέλος.

Univ. Bibl.
München

Brief v. Klüpfel, vermutlich an v. Murr

Vir Perillustris!

Sic existimo, me Tuae potissimum humanitati debere, quod Celtis mei Codex e bibliotheca vestra publica ad manus meas peruenerit. Descripsi id, quod erat in usum meum; codicemque mox remisi saluum ac integrum, cum plurima actione gratiarum. Vt primum biographia, quam paraui, lucem viderit, operam dabo, vt mora nulla interposita ad Te perferatur, in grati animi testimonium non tantum; verum etiam vt Tuum de ea iudicium experiar. Hactenus equidem neminem inuenire potui, qui velit, quidquid id est scriptionis, procudere sumptibus suis. Ita horrent bibliopolae nostri Latine scripta. Hinc nihil reliquum mihi esse video, quam vt impensis meis edam foetum, quem concepi. Edam autem per partes, vt sim ferendo.

35

Quantum ad libros venales, quos mihi semel iterumque obtulisti, certo persuasum Tibi habeas, esse curatoribus bibliothecae nostrae Academicae longe acceptissimos, praecipue collectionem illam locupletissimam Anthologiae Graecae: at ea iam est academici nostri aerarii ratio, ut de emendis libris cogitare vix liceat. Noris, dimidiam proventuum nostrorum partem petendam esse ex Alsatia. Hinc durante hoc bello nihil ad nos rediit. Pars bonorum nostrorum aliqua vendita est; pars altera venalis adhuc. An, quid, quantumve inde suo tempore simus recepturi, est adhuc incertum: resque omnis dependet a pace Rastadii proxime sancienda. Speramus interea; certe optamus meliora. Vale. Scribebam Friburgi in Brisgovia die XII. Novembris An. 1797.

Tuus
Klüpfelius
mpp.

Univ. Bibl. München

Concept eines Briefes v. Harter an Ruef

Landshut d. 11' März 1816.

Tucher 1487. Ingolst. Professor Juris.
—88. Rector.

Celtis 1492. Professor Humaniorum.
92–94. nullum habuit stipendium.
94–98. conductus stipendio
98 abiisse videtur.

Wohlgeborner, Hochzuverehrender
Herr Hofrath!

Meine Antwort auf Ihr hochverehrtes Schreiben vom 15' Aug. des vorigen Jahrs bin ich so lange schuldig geblieben, daß ich mir fast nicht mehr damit zu kommen getrauen würde, wenn die Schuld der Zögerung auf mir läge.

Die Veranlassung davon war diese:

Ich wollte nämlich meinen nächsten Brief mit den copirten Briefen Celtis an D. Tucher begleitet sehen, wie ichs versprochen hatte; da mir aber das Copiren nicht recht gelingen wollte, so ersuchte ich Herrn Bibliothekar Siebenkees diese Arbeit gefälligst übernehmen zu wollen, der sich auch dazu bereit zeigte, aber erst vor ein paar Wochen die ersten 4 Briefe fertig mir übergeben konnte. Ich machte mich nun wieder selbst darüber, u. war so glücklich den 5' ganz zu entziffern, aber beym 6' mußte ich leider schon wieder manche Lücke lassen; bey den folgenden fand ich noch mehr Schwierigkeiten u. so entschloß ich mich dann, das Fertige zusammenzupacken, u. damit vor Ihnen zu erscheinen.

Ich lege hier also eine Abschrift von den 6 ersten Briefen bey; sollten Sie selbe für Ihre Samlung interessant finden, so werde ich mir alle Mühe geben, auch die übrigen zu enträthseln u. sie Ihnen mit~~zu~~theilen. Von dem 6' lasse ich auch das Original selbst mitkommen, vielleicht glückt es Ihnen, die Lücken auszufüllen, die ich lassen mußte, ~~der~~ da Sie mit Celtis Hand vertrauter sind als ich es seyn kann.

Mir sehr würde es mich freuen, wenn Sie so glücklich wären, die mühevollen Arbeiten des sel. Klüpfels, Celtis betreffend, ins Publikum zu bringen!

36

aber leider ist dazu wenig Hofnung da bey der fürchterlichen Latein-scheue, die mit jedem Tage zuzunehmen scheint. Wie wenig der seel. Küzfel [?] schon auf das ~~alte~~ Erscheinen seiner Arbeit antragen konnte, mögen Sie hier aus beyliegendem Briefe von ihm an v. Murr selbst ersehen. Ich habe diesen Brief unter den vielen Hunderten von Originalbriefen bedeutender Männer ganz besonders lieb, theils seiner zierlichen Latinität wegen, theils auch wegen der schönen Gedanken; wüßte ich eine Gelegenheit, wo ich mehrere dergleichen Briefe von ihm bekommen könnte, ich würde sie gerne theuer bezahlen, ja sogar für das Vergnügen mehrere [?] ~~für~~ nur lesen zu können, würde ich mich was kosten lassen. Verehrtester Herr Hofrath! wäre es wohl nicht möglich, daß ich durch Ihre gefällige Verwendung irgendwo so eine Gelegenheit ausfündig machen könnte? ~~ich bitte Sie recht sehr darum, u. entbiethe dafür meine Gegendienste.~~ Es wäre ewig Schade, wenn ein einziges Briefchen v. Küzfel [?] vernichtet werden sollte,

Universitäts-Bibliothek München

Wohlgebohrner,

Hochzuehrender Herr,

Auf dero verehrliche Zuschrift vom 18 des v. M. habe ich die Ehre, Denselben folgende Auskunft zu geben.

Das Werk de vita et scriptis Conradi Celtis ist ein von unserm Collega, dem sel. Prof. Klüpfel hinterlassenes u. der Universitätsbibliothek legirtes, völlig ausgearbeitetes, und nur einen ehrlichen Verleger erwartendes Werk. Es besteht aus 2 Büchern, einem de vita, und dem andern de scriptis C. C. ungefähr 57 Bogen ziemlich klein geschrieben, nebst einem etwa 27 Bogen starken appendix oder codex probationum.

Außerdem hinterließ Klüpfel epigrammatum Celtis libros V. ineditos. 15 Bogen Msc. und epistolas fere ducentas amicorum et sodalium ad Celtem missas, welche er aus einem von M. Denis aus der kaiserl. bibliothek ihm mitgetheilten Mscpt 40 Bogen stark mit vielem Fleiße copirte; einer Menge zerstreuter und einer genaueren Anordnung und Bearbeitung bedürftiger Blätter, worin theils sehr interessante Nachrichten von Celtis gelehrten Freunden und Mitarbeitern enthalten sind, theils die Verdienste Celtis um die Wiederherstellung der Wissenschaften gewürdiget werden, nicht zu gedenken.

Da sich Freund Klüpfel schon bey Lebzeiten vergeblich viele Mühe gegeben hatte, wenigstens für das in jeder Hinsicht vollendete Werk, die Frucht einer 20jährigen Anstrengung und bedeutender Kosten, einen Verleger zu finden, so gerieth ich, als Bibliothekar, auf den Gedanken, alle deutsche Buchhändler zur Verlegung dieses schätzbaren Werks öffentlich aufzufordern. Dieß geschah in einem Programm, welches ich zu Anfang des Wintersemesters 1813. herausgab, u. worin ich nach Vorausschickung einiger Klagen über die heutige Vernachläßigung der lat. Sprache, und einer kurzen Biographie des sel. Klüpfel dessen Nachlaß nach Verdienst anpries. 44 S. in 4. Um die Verleger desto mehr zu reizen fügte ich De vita et scriptis Conradi Celtis Particulam I. enthaltend a) die Klüpfelsche Vorrede, b) conspectum totius operis, und c) capitis I. §um 1. Celtis patria, als Probestück (24. S. in 4.) hinzu, fest entschlossen, wenn sich kein Verleger finden sollte, mit der Herausgabe der Programme in jedem Semester fortzufahren, und einem jeden 3 bis 4 Bogen des Klüpfelschen Werkes mit fortlaufender Seitenzahl als Zugabe anzuhängen, und so nach und nach das Ganze ans Licht treten zu lassen.

Allein verschiedene Umstände, unter andern die damals zuverlässig scheinende, und leider getäuschte Erwartung, daß wir wieder unter den österreichischen Zepter kommen werden, so wie die bedrängte Lage der Universität, haben der Ausführung dieses Plans bisher unübersteigliche Hindernisse in den Weg gelegt.

Wünschen Sie ein Exemplar des erwähnten Programms oder auch deren mehrere zu besitzen, so mache ich mir ein Vergnügen daraus, Ihnen damit ein Geschenk zu machen, sobald es Ihnen gefällig ist, mir anzuzeigen, auf was für einem Weg ich es Ihnen zusenden soll.

Übrigens freue ich mich sehr, an Ihnen einen Freund von Celtis gefunden zu haben. Klüpfel besaß außer den gedachten ανεκδοτοις dessen sämmtliche gedruckte Werke, die nun alle unserer Bibliothek einverleibt sind. Von den Briefen an Tucher aber scheint er keine Notiz gehabt zu haben. Sie würden mich daher sehr verbinden, wenn Sie mir gelegentlich eine Abschrift davon verschaffen wollten; noch mehr aber, wenn Sie mit mir zur Herausgabe des Klüpfelschen Werks gemeinschaftliche Sache machen, oder wenigstens einen wackern Verleger hiezu auftreiben könnten und wollten. Gerne will ich mit jedem, der mir freundlich hiezu die Hand biethet, die Ehre der Herausgabe theilen, und in jeder Hinsicht mich äusserst billig finden lassen, wenn nur das herrliche Werk, das nach meiner Überzeugung wohl werth wäre, den Namen eines Königs an der Stirne zu tragen, zu Tage gefördert wird.

Um Hutten hat sich Klüpfel, so viel mir bekannt ist, nie besonders angenommen, ob ihm gleich sonst kein Schriftsteller derselben Zeit gleichgültig, und er überhaupt ein vortrefflicher Litterator war. Indeß finden sich auch von Hutten mehrere Schriften in unserer Bibliothek, wovon Sie, so wie von den Celtischen Duplicaten zu seiner Zeit Verzeichnisse zu weitern Unterhandlungen erhalten sollen. Denn ich hoffe, daß, da nun einmal eine Correspondenz zwischen uns angeknüpft ist, dieselbe nicht leicht wieder ins Stecken gerathen werde. Wie sehr wär zu wünschen, daß alle Männer, die an grossen Bibliotheken arbeiten, einen steten Briefwechsel unter sich unterhalten möchten. Dann müßten aber freylich die Posttaxen nicht so übertrieben seyn, als sie wirklich sind.

Genug fürs erste Mahl. Beehren Sie mich bald wieder mit einem Briefe, und empfangen Sie hiermit die Versicherung der vollkommensten Hochachtung von

Herzberg d. 15. Aug. 1815.

Ihrem

ergebensten Diener
Hofr. u. Prof. Kurt.

~~Angeschl. Brief an Münn.~~
~~Copieen d. Coll. Briefe 16. u. 1 Prd.~~
~~Originale 6. 7. 9. 10. 11. 15.~~

9

~~[illegible]~~ Erkundigung am 8 Dez. 1816.

38

Universitäts-Bibliothek München

10

R.1.FREYBURG
17. AUG

Seiner Wohlgeboren,
Herrn Maurus Harter,
Custos und Sekretär der
Universitätsbibliothek zu

frey - Gränze

Landshut
in Baiern

G. R. POST

Wohlgeborner,

Hochzuverehrender Herr Doctor,

Gross und des innigsten Dan=
kes werth waren die ausnehmende Güte und
Gefälligkeit, mit der Euer Wohlgeboren
mir die kritische Collatio an Dukers z. mittheil=
ten. Um so grösser und beynahe unver=
zeihlich ist mein jahrelanges Stillschwei=
gen. Der Unmuth, den ich darüber
fühlte, dass meine eigenen Collegen, an=
statt das Werk mit etwa hundert Thälerchen
zu fördern, mir in Ausführung meines
Plans Hindernisse in den Weg legten,
mag wohl auch an meiner Nachlässigkeit
nicht geringen Antheil haben; kann
aber durchaus keinen Entschuldigungs-
grund für mich abgeben. Es bleibt mir
daher nichts anderes übrig, als mit Cice=
ro (Att. II. 21.) das: Displiceo mihi,
nec sine summo dolore scribo, auszu=
sprechen, und Sie, edler Mann,
tausendmal um Vergebung zu bitten,
mit der Versicherung, dass ich Ihnen
nicht nur das Empfangene, sobald

39

der Kupferstecher, der den Auftrag hat,
ein facsimile von einigen Zeilen der
Celtischen Handschrift zu verfertigen,
seine Arbeit geliefert haben wird, un
versehrt und wohlbehalten zurück=
senden, sondern auch, wenn, wie sich
hierzu neuerdings Aussichten öffnen,
das Werk dennoch zu Stande kommen
sollte, es für meine Pflicht halten
werde, Ihnen jedesmal mit ein paar
Exemplare ein Geschenk, und über=
haupt so viel, als möglich meinen
Fehler künftig wieder gut zu ma=
chen. Entziehen Sie also Ihre schätz=
bare Achtung nicht dem, der
mit ausgezeichneter Hochachtung
geharret

Euer Wohlgeb.

Freyburg d. 17ten März
1817.

gehorsamster u. er=
gebenster Diener
Hfr. u. Prof. Ruef.

durch H. Prof. Hug abermals erinnert
d. 7. Jul.

3. Erinnerung 1819. 23. Sept.

Universitäts-
München
Bibliothek

recp. d. 13t Nov.

Wohlgebohrner,

Hochzuverehrender Herr,

Ihr freundschaftliches Schreiben vom 25 März 1816 (!) liegt vor mir, dasselbe, mit dem Sie mir eben so vertrauensvoll als gütevoll Abschriften und zum Theil Originale Celtischer Briefe mittheilten. Daß ich diese kostbaren Reliquien so lange zurück behielt, ist an und für sich unverantwortlich, und nur durch den einzigen Umstand einiger Maßen zu entschuldigen, daß ich das sogenannte Fac simile, welches, wie Sie aus den zwei beiliegenden Exemplaren ersehen werden, am Ende doch nicht am besten ausfielen, nicht eher erhalten konnte. Nunmehr ergreife ich die erste Gelegenheit, Ihnen die Celtischen Briefe nebst dem [illegible] durch Herrn Regierungsrath von Schach, aus

41

Universitäts-Bibliothek München

Augsburg, einen gebohrenen Freiburger und
ehemaligen Schüler von mir, zurückzusenden.
Empfangen Sie, verehrtester Herr, meinen
aufrichtigsten und verbindlichsten Dank
für die Nachsicht, Geduld und Langmuth,
die Sie mir gewährten. Nachdem ich nun
neuerlich die Erlaubniß erhalten habe, das
Klüpfelsche Werk über Celtis auf Kosten
der Universität als Programme nach und
nach heraus zu geben: so werd ich es als meine
Pflicht betrachten, Ihnen jedesmal mit eini-
gen Exemplaren ein Geschenk ~~[illegible]~~
zu machen, und mich der angenehmen
Veranlassung freuen, die Versicherung der
besondern Hochachtung zu wiederholen, mit der
ich stets sein werde

Dero

Freiburg d. 27 Sept. 1819.

gehorsamster Diener
Großherzogl. bad. geheimer Hofrath,
Professor u. Bibliothekar Ruef
z. Z. Prorector.

Brief Nr. 11 = Rupprich Nr. 21

Ornatissimo viro dño
doctori Sixto Tucher
tamq fratri Colendo

Vehementer me oblectant epistole tue vir doctissime quas crebro eleganti et bona prorsus composicione verbor et sentenciar ad me mittis: Invideo fortune tue qa alcioribus literis te fata tua accomodari nō sinunt: ut aliquid elucubrares quo tibi et patrie tue consultum apud posteritatem gauderemus quid en. &c.

Celtis tuus

*Ornatissimo Viro, domino*
*doctori Sixto Tucher*
*tamquam fratri colendo.*

*Vehementer me oblectant epistole tue vir doctissime quas crebro eleganti et bona prorsus composicione verborum et sentenciarum ad me mittis: Invideo fortune tue quia alcioribus literis te fata tua accomodari non sinunt: ut aliquid elucubrares quo tibi et patrie tue consultum apud posteritatem gauderemus quid enim &c &c*

*Celtis tuus.*

43

Universitäts-
München
Bibliothek

Brief Nr. 11 = Rupprich Nr. 23



*Ornatissimo Viro, domino*
*doctori Sixto Tucher*
*tamquam fratri colendo.*

*Vehementer me oblectant epistole tue vir doctissime quas crebro eleganti et bona prorsus composicione verborum et senteneciarum ad me mittis: Invideo fortune tue quia alcioribus literis te fata tua accomodari non sinunt: ut aliquid elucubrares quo tibi et patrie tue consultum apud posteritatem gauderemus quid enim &c &c*

*Celtis tuus.*

144

Universitäts-Bibliothek München

Auch geh. Hofrath u. Prof.
Eckardts Chrestomathie II. 2. S. 256.

Universitäts-
München
Bibliothek

## Conr. Celtis gel. Gesellsch.

Ub. die von C. Celtis im 16t Jahrh. gestiftete gelehrte Gesellschaft findet man nähere Nachricht im Chron-Archiv v. Voigt u. Mitzl.

Einen sehr interessanten Artikel üb. die Donaugesellschaft u. üb. jene gelehrte Böhmen u. Mährer, welche an dem von Celtes gestifteten gelehrten Vereine mehr od. weniger Theil nahmen, liefert der berühmte Forscher der ältern Literatur, Faustin Procházka in seinen Miszellen der böhm. u. mähr. Litteratur Bd. 1.

Böhm de Augustino Olomucensi et patera ejus aurea. Dresdae 1758.

Dieser Augustin (Käsenbrod) war einer der ausgezeichnetsten Mitglieder der Donaugesellsch.

Universitäts-
München
Bibliothek

[illegible]

4 Libri amorum
germania generalis
Norinberga . Norimb. 1502 . 4.

---

Panegyris ad Duces Bavariae s. l. et a.
4.

---

Septenaria Sodalitas literaria Germaniae viena 1500. 4.

---

Libri Odarum 4. Argentorati 1513
4.

Universitäts-
München
Bibliothek